



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nomenclator Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Qvi
Ab Anno Christi Millesimo quippiam commentati sunt, Sev
Ab Eo Tempore quo Pontificis electione ad eos tantum ob
Romani cleri multitudinem ...**

**La Rocheposay, Henri-Louis Chasteigner de
Tolosae, 1614**

Ab Hadriano IV. Creati.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10735

Ad Petrum Pontiniacum.

De sua Legatione.

De Conceptione B. Virginis.

Leges Catechismáticas Noruegiæ.

Homelias quasdam.

Epistolasque multas, quarum plures extant apud
Radeuicum, Mathæum Parim, Baronium, & alios.

Obiit anno 1159. dictus est Noruegiæ Apostolus, quòd
omnium Christianorum primus, Regionem illam
ad Dei veri notitiam & cultum perduxerit, in qua
velut nûminis cuiusdam venerationem obtinuit.

GALFRIDVS Anglus Monomuthensis Archidia-
conus & Cardinalis, rerum Anglicarum florentissimus
auctor, Arthurius dictus est, quod de Arthuro Rege Bri-
tannorum multa fidei absona & fabulosa, vt aiunt char-
tis commendauerit, quibus tamen demere fidem, aut
addere cuique integrum est. scripsit

In fragmentum Gildæ.

De corpore & sanguine Domini.

Vitam Merlini Caledonij.

Commentarios in Merlinorum Prophetias.

Arthuri Regis gesta.

Ad Gualterum Oxoniensem.

Diuerfi generis carmina.

Transtulit in latinum sermonem.

Britannorum historiam, lib. 10.

Prædictiones Ambrosij Merlini, &

De exilio Ecclesiasticorum.

Obiit Alexandro

3. sedente.

AB HADRIANO IV. CREATI.

Boso Cardinalis Anglus & Apostolicæ sedis in Lu-

C

fitania Legatus, inter sui sæculi Theologos, nomen laudesque emeruit, hominumque memoriæ, nonnulla erudita opuscula commendauit, vt refert author Catalogi scriptorum Angliæ. Obiit per Alexandri 3. tempora, vt autumo.

AB ALEXANDRO III. CREATI.

LABORANS Cardinalis S. Marię in Porticu, & po-
stea S. Marię trans Tyberim scripsit, vt refert Baronius,
De Iusti, Iustitięque rationibus opus quadripartitum
De vera libertate opus tripartitum ad Hugonem Ar-
chiepiscopum Panormitanum.

Epistolam de appellationibus ad Viuianum Tho-
masium Cardinalem S. Stephani in Cælio monte, &
aliam contra Sabellianos, rursus reuiuiscens.

Præterea Canonum collectionem elaboratissimam
anno 1182. edidit. Obiitque sub Clemente 3.

HEREBERTVS DE BOSHAM Anglus Cardina-
lis & Archiepiscopus Beneuentanus, Theologiæ Magi-
sterium Oxonię adeptus est; Sanctoq; Thomę Archie-
piscopo Cantuariensi ab Epistolis fuit, scripsit

Vitam S. Thomę Cantuariensis.

Defensorium animæ.

De suis peregrinationibus.

Epistolarum volumen, & alia nonnulla.

Claruit anno 1180.

HENRICVS Gallusex Abbate Clareuallensi Epif-
copus Cardinalis Albanus, conciones aliquot, coram
Pontificibus habuit, vt notat Ciaconus, eiusque.

Oratio quædam, aduersus Albigenes hæreticos ex-
tat Tomo 12. Annalium Baronij.